Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26487
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Nam tunc denuo homo cognoscit nichil de
terrenis. nihil deterius. nichil umquam excogi
tari posse infelicius. quam dominum creatorem & salua
torem suum spernere. & post uanitates & con
cupiscentias carnis incedere. teste ypsa q̃ ait.
Homo cum in honore esset non intellexit con
parat. est. iumentis. in sipientia. & similis factus est illis. Unde nihil
sibi meliius. nihil saluti suae uicinius estimat. quam
ut totum se cum omnibus sensibus suis ad dignam
penitentiae satisfactionem humiliter conferat.
Et ideo mox cos de sensus suos affatur. &
agnoscere quid faciendum sit. non segnitur co
hortatur. Ferte inquit sententiam & in commune
decernite. quid facto opus sit. Si dicat. Quia
sic miserabiliter cecidimus. quia ad tantam ca
lamitatis miseriam deuoluti sumus. ferte sen
tentiam pro timore futuri iudicii. in commune
decernite pro amore dei. quid facto opus sit.
Opus est itaq; ut impleant uasa oleo. & red
dat creditori & uidua liberet. Ecce filii sunt
itaq; omnis filii israel. & parit congregati quasi
iuxta unus de dan usq; bersabee. & ita gala
ad ad dominum in maspha. Omnes sensus
hominis interiores & exteriores. quos pro filios
israel intelligere ualemus feliciter
egrediuntur. quando relicta inutilium multi
plicitate siue duplicitate cogitationum